25

Brief

v.

Phil. Melanchthon.

1555

Universitäts-
München
Bibliothek

(H. Lt. 444.)

Nomina aliquot officiorum civilium apud Romanos vorumque proprietates

i. Fuerunt Senatores. ii. Patres conscripti, iii. Consules iiii. Proconsules. v. Dictatores. vi. Magistri Equitum. vii. Quaestores. viii. Tribuni plebis ix. Tribuni militum. x. Tribuni Aerarij. xi. Aediles curules xii. Aediles cereales xiii. Censores. xiiii Decemviri xv. Praetores. xvi Praetores urbani. xvii. Peregrini praetores. xviii Augures. xix. Triumphi.

Friberg ex offitijs
M. T. Germanicus
Anno. 83. 20.
die septemb:

Ms. 371. 8°
2 Bll.
Inclus

Ego Jacobus dono dedi
hunc libellum [illegible]
ad perpetuam rei
memoriam

[illegible]

M. T. Ciceronis vita, et studior.
rerumq. gestarum historia
una cum oratione de imitatione Ciceroniana
conser. p. Chph. Pregrs Pannonium.
etc. [illegible] per [illegible]
Lucium 1555 m. Martio

[illegible]

(Zu den Handschriften
gelegt den 23 Dez. 57)

Universitäts-
München
Bibliothek

Melanchton 371, 8°

Praenobilis & Magnificus dominus
J. M. Silberman ab Holtzheim
& Rosenberg, Jurium Doctor
Serenissimi principis palatini
a secretis & prouincia Cancellarius
hunc mihi librum dono dedit
Anno 1646 7 Junij

Illustri et magnifico Dno
Dno Ioanni a Koscielec
Palatino Siradiensi Dno
suo reuerenter colendo.

S. D. Illustris & magnifice Domine
Sunt inepti, qui disputant, vtra
ars excellat, peritia militaris
an Eloquentia. Vtraq. n. necessaria
est vitae, & suus cuique locus est.
Instruxit. n. Deus hominum vitam,
& multis & diuersis artibus.
Quantum autem decus sit Eloquentia, vos Gubernatores Reip: optime intelligitis. Quare, haec
studia formandae orationis, &
excitanda sunt a vobis & ornanda. Quo in genere cum

Christophori Pannonij labores
Reipub. seruiant, reuerenter oro
ut eum complectaris. Præsertim,
cum non, ut multi, suæ naturæ
viribus, tantum pueriles artium li-
bellos didicerit, sed ex ingenio
naturali & eruditione instructus
sit, ut & in explicandis honestis
materijs, sumat orationem ex
veris fontibus, & singularis sit
in ipsius scriptis, in versu & so-
luta oratione, splendor & sua-
uitas. Hæc bona ornat inte-
gritate vitæ, iusticia, modestia
& cet. virtutib. quas vox diuina
flagitat. Nihil est amabilius
virtute coniuncta cum doctrina
& facultate dicendi ac scribendi.

Quare, ubi hunc Christophorum
uel coram, uel ex scriptis, nosse
ceperis, suo iudicio diliges.
Hoc autem scripsi eo, quod cum
commendari à me talem virum
intelliges, erga me quoque bene-
uolentia tua augeretur. Bene
& foeliciter vale. Cal. Iunij,
Anno 1555.

Celsitudini tuae

addictus

Philippus Me-
lanthon.

Illustri et Magnifico Domino Dno Joanni
a Coszieliecz Palatino Siradiensi; et
totius Majoris Poloniae Capitaneo generali
D: Dno suo reverenter Colendo Salutem D.

Illustris et Magnifice Domine! sunt
ingesti; qui disputant, utra ars excellat,
Peritia militaris; an Eloquentia & utraqz
quidem necessaria est vitae; et suus cuiqz locus est.
Instruxit ~~tamen~~ enim Deus hominum vitam et
et multis et diversis artibus. Quantum
autem Decus sit Eloquentiae; Vos guberna:
:tores Reipublicae optime intelligitis.
quare haec Studia formandae orationis
et excitanda sunt a vobis et ornanda.
quo in genere cum Christophori Pannonii
academiae francofordianae lectoris labores
Reipublicae serviant, reverenter oro, ut
eum Complectaris; praesertim cum non, ut
multi; suis naturae viribus secundum pueriles
artium libellos didicerit; sed ex ingenio ma:
terie et eruditione instructus sit; ut et in
explicandis honestis materiis sumat orationem
ex veris fontibus; et singularis sit in ipsius
Scriptis; in versu et soluta oratione. haec
splendor. Quaria
bona ornat integritate vitae; iustitia; modestia
et omnibus virtutibus; quas Vox Divina
flagitat. Nihil est amabilius virtute;
coniuncta cum doctrina; et facultate dicendi.

ac scribendi. quare, ubi hunc Chri-
=stophorum vel coram vel ex scriptis
no[illegible]peris, tuo iudicio diliges. haec
a[illegible] scripsi, eo quod, cum comendari a me
talem virum intelligas, erga me quoque
benevolentia tua augeretur. bene et
feliciter vale. Cal. Junii 1555

Celsitudini tuae

addictus
Philippus Melanthon.